



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev  
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

**Arles y Andosilla, Martin de**

**Romæ, 1559**

Quod obseruatores diei sancti Vincentii: & conuersionis sancti Pauli sunt  
vani & superstitionis cum suis ineptis versibus: quibus dicunt. Vincenti  
festo. &c. Et clara dies Pauli.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29941**

TRACTATVS

obseruatio inutils est & nocua : quia superstitiosa. Hęc ille.

Quod obseruatores diei sancti Vincentii : & conuerisionis sancti Pauli sunt vani & superstitiosi cum suis ineptis versibus : quibus dicunt.

Vincenti festo. &c. Et clara dies Pauli .

**E**x quibus omnibus possumus inferre quod obseruatores dierū sancti Vincentii & conuerisionis sancti Pauli sunt vani & superstitiosi cum suis versibus ineptis quibus dicūt . Vincenti festo si sol radiet memor esto . Para tuas cuppas : quia multas colligis vuas . & vltra. Clara dies Pauli : multas segetes notat anni . Si fuerint nebule aut venti erūt prælia genti . Hoc enim non potest stare : nec ratione naturali : nec theologica : nec astrologica probari ut supradictū est : quia quod illa die sol radia

DE SUPERSTITIONIBVS. 22

uerit vel sint nebulæ vel venti de per accidens est quod plures sint vindemiæ illo anno : vel animalia pereant : vel prælia contingent accidit non à tali die festo : sed vel potius à volūtate diuina . Nam sçpe contrarium videmus esse certius .

Quod sterilitas fructuum & animaliū & quod prælia vigeant non accidit a dispositione quorūdam diērū : sed a dispositione naturæ & potius à volūtate diuina esse. Siue vel permissiuē .

**Q**uod autem interitus pecorū vel abūdantia vel sterilitas seminū proueniat à volūtate diuina tanquam à superiori causa : & hoc propter peccata patet Iohelis.i.quando propter peccata populi dicitur . Dissipata sunt horrea , dissipatæ sunt apothece . confusum est triticū . ingemuit animal . mugierūt greges armenti : quia non sunt pas-